Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



113

Martyrologium Augustanum ad 5 Septembris Ingenuinum, Albuinum Ingenuinum annuntiant. Turonense apud Martenium thes. Anecd. adeundem diem habet Ingenuini episcopi. Alia solam vocem: Ingenui. Jam vero, ut dixit Stiltingus ad 5 Septembris, tanto majorem hac fusionem ingerunt de Ingenuino Sabionensi, quod hujus nomen alis diebus non reperiatur in Fastis antiquis, licet constet de antiquo ejus cultu. Praterea Calendarium Leonense apud Loschmannum Disquis. p. II c. 4: Nonis Februarii, S. Agathe virginis. Ingenuini episcopi. sine Albuino. Martyrologium Augustanum in Act. SS. t. VI Junii: Nonis Februarii S. Ingenuini episcopi conf. in Sibetona, seu potius Sebona, quo nomine Sabis venit in Diplomate Conradi II Imp. Calendarium Wessofontanum apud Lentnerum Hist. Wessof. p. II. Februarius. — Nona. Agathe V. et Mart. XIII. kl. Ingenuini episcopi commem. Calendarium Salisburgense saeculi XI: Nonis Februarii. Agathe Virginis. Ingenuini Martyris. Calendarium Winthernianum Brixinae et Underbachianum Tridenti, item Martyrologium Neocellense, ac Bellinianum, ac Galesinii ad Nonas Febr. conjungunt SS. Ingenuinum et Albuinum. Vid. Loschius Annal. Sab. Sec. VI, 545, qui addit: Quasi vera sint annot. 244 ait. Quae si vera sunt, Ingenuinus potius obiisse dicendus est Nonis Septembris, et Nonis Februarii S. Albuinus. Nonis porro Februarii S. Ingenuinum, Sebona Brixinam translatum dixerim, cui in Ecclesia Cathedrali Brixinensi jam quiescenti, S. Albuinus associatus est.

Annus e mortalis certo non scitur, Loschius 605 circiter fuisse suspicatur. Acta SS. Cassiani et Ingenuini Brixinensia hac habent: Sepultus est vero Ingenuinus beatus Pontifex in urbe Sabionensi in Ecclesia, quam beatus suus predecessor Martyr Cassianus in honore Dei fuique Matris Maria construxerat et dedicaverat, ubi etiam usque adhuc multorum sanctorum corpora requiescunt. Ex vocalis usque adhuc colligo, Compilatorem Actorum hac ex manuscripto antiquiore descripsisse ex monumento S. Albuino antiquiore; utqui corpus S. Ingenuini Brixinam transtulit. Porro cultum S. Ingenuini non modo amplissimum, sed et ampliss. antiquissimi esse; partim ex supra dictis constat, partim Lat. sufficiens ejus probat apud Loschium Annal. Sab. Sec. VI 544–51; et Loschemannum in Disquis. epist. Tartaroti. Ex hoc unicam excerpo Chartam, scriptam sub Antone seu Antonio episcopo. Ante Alimum, qui anno 770 comitiis Bandonanensibus a Thassilone II celebratis interfuit,

Sciubi X.

Hic Martyris titulus Ingenuino nostro frequentius tribuitur a tabulis Brixinensibus a Loschemanno in Disquis. ex Tartaroti, et Loschio in Annal. Sab. Sec. VI 544, cum hoc ? Ingenuinum fidei, causa in exilium fuisse pulsum, cum Brixinensibus Breviarius affirmat. Petrus de Natalibus Cat. SS. l. 3, c. 83. Eos autem, qui pro Christi fide exilium pertulerunt, Martyres appellari, non infelicium fuisse ostendit Loschius annot. 220. At si exularit Ingenuinus: quorsum? et quando? In Galliam circa annum 583 finem fortasse: qua porro occasione? Nempe Thassilonem II anno superiore a Childeberto Francorum Rege potentior erat, Legibus quibusdam Garibaldo pulso, ejusque Lidorgi Longobardis seclusis, Rum ab a Longobardis, postquam Erinn Tridenti Duci et Religionis Regis infestatum esset, etiam nomine tefante credibilissimum est, Francis igitur in Galliam recessisse Erinnus Ducatum Tridentinum recuperavit, Bajorum quoque filiam conjugi sua ejusque fratri Gundoaldo ac sorori Theodelinde vendicatum. Ea occasione et Sebio a Longobardis expulsus, et episcopus Arianis infensissimis in exilium abigi potuit. In Galliam eum fugisse, verosimile est tum quia Galli Francos noverat aprime catholicos, tum quia propter Francos hac persecutio fuerat exorta; tum eidem a possessori, ut ajunt, tum quia antiquissimi S. Ingenuini in Gallia cultus ex Martyrologiis et Calendariis probatur, tum quia documenta, schisma Aquilejense concernentia, plerique in Gallia fuerunt reperta, eaque ipse Ingenuinus tanquam Schismaticorum fautor illuc attulisse credendus est. In Galliis Ingenuinum tandem versatum esse, nonne ultro inter Bajos et Longobardos commorantes Bajos Thassilonem, sit substitutus circa annum 595 Ingenuinus Sabioni restituendus, ex annum 583, eadem ratione, sanctitudine conjungo. Childeberto auctorem fuisse, ut Bajis Duem statueret Thassilonem, qui Longobardos reprimeret, idque factum circa annum 595, suadet Fantius Diaconus l. 4, c. 7; Sigebertus, et Hermannus Contractus in Chron. Nec absonum esse credet, ait cl. Loschius sec. VI annot. 253, Ingenuinum exulem cum episcopis Francie conversatum, et hinc in illis partibus etiam posteris temporibus clarum, divisisse illam ante conventum anni 599 prevenientem contra Concilium V, agente et etiam Brunichilde, qua tollendo schismati laudabiliter allaboravit. Eundem sedi Sabionensi restitutum eodem anno credo, quo Thassilo Bajis praefectus Sabionem ~~emporavit~~, egit ac restauravit.